



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 85. Marpurgense colloquium re infecta solutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæc. XVI.
A.C. 1529.

quam fraternitatem petitis, aiebat ad eos, persistentes in opinione vestra? profecto de ea dubitare videmini, volentes esse eorum fratres, qui sententiam vestram rejiciunt. Ita utraque pars discessit; paulopost tamen instruebantur articuli, in quos utriusque partis consensus conspirabat. Hi concernebant dogmata de SS. Trinitate, de peccato Originali, de justificatione per fidem, de efficacia baptismatis, de utilitate confessionis, de auctoritate Magistratum, de necessitate Baptismi parvulorum, ac denique de manducatione spirituali Christi Domini in Cœna.

§. LXXXV.

Marpurgense colloquium re infecta solutum.

Luther. l. cit

His necdum contentus Hassiæ Landgravius insuper dissidentes rogabat, imo etiam, si necesse foret, præcepti severitate urgendos aiebat, ut imposteriorum, postquam in ceteris doctrinæ capitibus convenissent, ab omni contentione circa articulum de Eucharistia abstinerent, „Rogabo Dominum Deum, „ subjunxit Landgravius, ut vobis lumen ad cognoscendam veritatem necessarium concedat, simul vero tantam impertiatur charitatem, ut una „ omnes

„ omnes simul in pace vivatis. „ Ast Sæcul. XVI.
 Lutherus hanc charitatem interpreta- A.C. 1529.
 batur de ea, quæ inimicis debetur, non
 autem de illa speciali, quæ inter Chri- Raynald.
 stianos ejusdem fidei vinculo unitos re- hoc ann. n. 7.
 quiritur. Nihilominus tamen utrinque
 conventum, ne litigantes scriptis ultro
 citroque sese impeterent. Verum haud
 diu hæc concordia substitit; quippe no-
 væ doctrinæ Sectatores vix e colloquio
 discesserant, cum illico, ut fieri assolet,
 se contra Lutherum victoriam reportas-
 se jactarent, vicissim vero Lutheri as-
 sectæ *Sacramentarios* fuisse devictos scri-
 ptis ac verbis divulgabant; unde ani-
 morum contentio indies usque adeo ac-
 cendebatur, ut Lutherus Fratrum so-
 cietatem a Zwinglio oblatam non mo-
 do velut artificiosam fraudem traduce-
 ret, sed etiam palam assereret, Dæmo-
 nem tantopere eis dominari, ut ultra
 nil aliud quam mendacia proferre va-
 leant.

§. LXXXVI.

*Nova Landgravii molimina pro
 componendis litigantium
 diffidiis.*

Attamen Landgravius sinistro primi
 sui conatus successu adeo non ani-
 mum despondebat, ut etiam magis pro-

N n 4 speri